

# Possibile schema per certificazione di livello I (A1/A2)

20 gennaio 2015

## Testo

*Narratur hic de Tito Manlio, cui cognomen datum est "Torquatus". Cum Galli bellum gererent in Romanos, anno CCXXIV a.Chr.n., in pugna Manlius Gallum occidit ipsumque torque spoliavit (torques est ornamentum quod Galli in collo gerebant). Manlius Torquatus nepos fuit illius Manlii, qui Capitolium custodierat et defenderat a Gallis anno CCCLXXX.*

\*\*\*

1 Cum Galli ad tertium lapidem trans Anionem fluvium castra posuissent, exer-  
2 citus Romanus ab urbe profectus est, et in citeriore ripa fluvii constitit. Pons in  
3 medio erat: tunc Gallus eximii corporis magnitudine in vacuum pontem proces-  
4 sit, et quam maxima voce potuit: "Quem nunc, inquit, Roma fortissimum habet,  
5 is procedat ad pugnam, ut eventus ostendat utra gens bello sit melior". Diu inter  
6 primores iuvenum Romanorum silentium fuit. Tum Titus Manlius: "Iniussu tuo,  
7 inquit, imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam  
8 videam. Si tu permittis, volo isti belluae ostendere me ex ea familia ortum es-  
9 se, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deturbavit". Cui imperator: "Macte  
10 virtute, inquit, Tite Manli, esto: perge, et nomen Romanum invictum praesta".

11 Armant deinde iuvenem aequales, scutum capit, Hispano cingitur gladio ad  
12 propiorem pugnam habili. Expectabat eum Gallus stolide laetus et linguam ab  
13 irrisu exerens. Ubi constitere inter duas acies, Gallus ensem cum ingenti sonitu  
14 in arma Manlii deiecit. Manlius vero insinuavit sese inter corpus et arma Gal-  
15 li, atque uno et altero ictu ventrem transfodit: iacenti torque detraxit, quem  
16 cruore respersum collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gal-  
17 los; Romani alacres obviam militi suo progrediuntur, et gratulantes laudantesque  
18 ad imperatorem perducunt. Manlius inde *Torquati* nomen accepit.  
(Lhomond)

## Lessico

Torquis



ensis



Hispanicus gladius



### 1

*Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto le proposte qui elencate:*

an	eum	prope	timore
constiterant	eximiā	quam	ulteriore
ducem	hoc	se	ut
eum	magnas	suos	vicisse

Galli iam ..... urbem erant et castra posuerant in ..... ripā fluminis Anionis. Romani in citeriore ripā ..... Inter duas acies pons erat. In medium pontem progressus est Gallus .....magnitudine, qui, clamans, ad ..... provocavit Romanum qui fortissimum ex omnibus ..... putaret. Hoc modo iudicari poterat utrum Galli melius fortiusque pugnarent ..... Romani. Dum alii iuvenes Romani tacent, Titus Manlius, progressus ad ....., ei dixit se velle pugnare, sed pugnaturum esse si ipse dux ..... permisisset. Dixit quoque iam avum suum Gallos ..... Imperator ..... laudavit et hortatus est ..... Romanam virtutem ostenderet.

Tunc Manlius, a suis armatus scuto et brevi gladio, in Gallum processit, qui ei ridebat et linguam ostendebat. Statim Gallus, qui altior et fortior erat ..... Romanus, ense scutum Manlii decussit. Romanus autem statim se insinuavit inter corpus et scutum hostis et ventrem eius transfixit. Postea Gallum torque suā cruentā spoliavit et ad suos rediit. Dum Galli ..... et stupore afficiuntur, ille rediit ad ..... qui, acclamantes, ei .....gratias agunt.

Postea ob virtutem Manlius dictus est “Torquatus”.

## 2

*Scegli (barrando uno dei ) la sequenza dei fatti più adatta al brano che hai letto:*

1.  I Romani si accampano di fronte ai Galli; i Galli non vogliono combattere; Manlio sfida i Galli per dimostrare di essere il più bravo fra i Romani; un Gallo accetta la sfida e irride Manlio; Manlio lo sconfigge e gli strappa l'ornamento militare; Manlio ottiene il soprannome di Torquato.
2.  Un Gallo sfida il più forte dei Romani, accampati loro di fronte; Manlio accetta la sfida per dimostrare la grandezza della propria stirpe; il Gallo irride Manlio; i compagni preparano Manlio alla battaglia; Manlio ha la meglio; Manlio ottiene il soprannome di Torquato dall'ornamento militare che sottrae allo sconfitto.
3.  Un Gallo sfida il più forte dei Romani, accampati loro di fronte; nessuno vuole accettare la sfida; il comandante ordina a Manlio di combattere per dimostrare la grandezza della sua famiglia; i compagni preparano Manlio alla battaglia; Manlio ha la meglio e sottrae al Gallo il suo ornamento militare; Manlio ottiene perciò il soprannome di Torquato.
4.  I Romani si accampano di fronte ai Galli; Manlio sfida i Galli per dimostrare di essere il più bravo fra i Romani; un Gallo accetta la sfida e irride Manlio; i compagni preparano Manlio alla battaglia; Manlio sconfigge il Gallo e gli strappa l'ornamento militare; Manlio ottiene il soprannome di Torquato.

### 3

*Scegli la risposta esatta fra quelle proposte*

1. Ubi posuit castra exercitus Romanus? (d)
  - (a)  Longe ab urbe
  - (b)  Apud Gallica castra
  - (c)  Ad tertium lapidem apud flumen
  - (d)  In alterā ripā amnis
  
2. Cur Manlius vult cum Gallo pugnare? (a)
  - (a)  Ut ostendat a quā familiā ortus sit
  - (b)  Quia imperator iussit eum pugnare
  - (c)  Quia is fortissimus est Romanorum
  - (d)  Ut Gallos e rupe Tarpeiā pellat
  
3. Quid accidit Gallis post Manlii victoriam? (b)
  - (a)  Fugā salutem petiverunt
  - (b)  Obstupuerunt terrore admirationeque
  - (c)  Manlio obviam progressi sunt
  - (d)  Contra Romanos impetum fecerunt

## 4

*Scegli la risposta esatta fra quelle proposte*

1. Quem (r. 4) è: (a)
  - (a) Pronome relativo prolettico
  - (b) Nesso relativo
  - (c) Pronome indefinito
  - (d) Pronome interrogativo
  
2. Ut (r. 5) introduce una proposizione: (a)
  - (a) Finale
  - (b) Completiva
  - (c) Interrogativa indiretta
  - (d) Temporale
  
3. Utra (r. 5) è: (b)
  - (a) Avverbio interrogativo
  - (b) Aggettivo interrogativo
  - (c) Pronome indefinito
  - (d) Pronome interrogativo
  
4. Si (r. 8) introduce: (c)
  - (a) L'apodosi di un periodo ipotetico della possibilità
  - (b) La protasi di un periodo ipotetico della possibilità
  - (c) La protasi di periodo ipotetico dell'oggettività
  - (d) L'apodosi di un periodo ipotetico dell'oggettività

## 5

*Trasforma le seguenti proposizioni secondo la proposta*

1. *Cum postea Galli ad tertium lapidem trans Anionem fluvium castra posuis-*  
*sent...*  
Postquam Galli \_\_\_\_\_  
(Galli ad tertium lapidem trans Anionem fluvium castra posuerant)
2. *Manlio iacenti torquem detraxit*  
Manlio, \_\_\_\_\_, torquem detraxit (qui iacebat; dum iacet)
3. *Si tu permittis, volo isti belluae ostendere me ex ea familia ortum esse.*  
Cum \_\_\_\_\_, studeo ut \_\_\_\_\_ me ex ea  
familia ortum esse (tu permittas; isti belluae ostendam)

## 6

*Scegli l'immagine più adeguata a spiegare il brano e motiva la scelta*

---

---

---

---

---



1.



2.



3.



4.